

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

IX. An bona externa sint bona simpliciter?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)

arque ad bonos laudabilesq; fines & abuti ad malum finem possunt. Castina enim à delictis & voluptatibus sibi temperabat, ut patriam perderet.

IX.

An bona externa sint bona simpliciter?

ARISTOTELES lib. 5, Ethic. cap. 2. ea bona, inquit, in quibus secunda & adversa fortuna locum habet, sunt bona simpliciter & absolute quidem semper, sed huic vel illi non semper. Sed idem lib. 1. cap. 4. ea non simpliciter bona esse statuit. In divitiis, inquit, nec est id bonum, quod querimus, positum. Illæ enim utiles sunt duntaxat, & ἀπὸ χάρις, id est, propter aliud expetendæ (id est, non propter se, sed propter usum.) Hæc videtur esse ἀπλολογία, ut solæcophanes videtur esse solæcismus. Apparens igitur tantum contradictio est. Nam bona externa, ut divitiæ, honores, robar, pulchritudo, non sunt simpliciter bona collata cum aliis bonis, quæ per se expetuntur, & propter quæ illa expetenda sunt: ut cum virtutibus animi (quæ ἀπλῶς bona sunt) sunt verò simpliciter bona quatenus per se considerantur, & quatenus expetuntur: nisi enim in bonis essent, esseq; talia viderentur, non expeterentur: quæ tamè huic vel illi mala esse possunt per accidens propter abusum.

R 4 *ΚΑΡΥΣ*